quarta in festo sancti vincentij martiris in die vicessima secunda
mensis Januarij. Anno a natiuitate domini nostri ihesu xpi. mille
ssimo trecentessimo octoagessimo octauo. Sedente felicis recorda 1388
tionis clemente pp. septimo. Tempore bone memorie fernandi
episcopi Cartaginen. Ac domino enrrico tercio castelle et legio
nis regnorum regnante. positus fuit primus lapis seu prima
petra fundamentorum moderne ecclesie beate marie maioris
ciuitatis Murcie. Ad quam translata extitit ecclesia
cathedralis Cartaginen. Anno vero a natiuitate eiusdem
domini. M. cccc lx vij. Die vicessima octobris eiusdem 1467
anni. Pontificatus Sanctissimi in xpo patris et domini
nostri domini pauli diuina prouidentia pape secundi.
Anno quarto. Sedente Reuerendo patre domino lupo de
Ribas episcopo Cartaginen. Ac Illustrissimis principi
bus dominis enrrico quarto. et alfonso duodecimo fra
tribus carnalibus regibus in discordia in hyspania re
gnantibus. Institutum fuit festum dedicationis dicte ecclesie
sancte marie maioris de Murcia. que nunc est ecclesia
cathedralis cartaginen. Et celebrabitur festum huiusmodi
in Capella sancte visitationis beate et gloriose virginis
marie ad sanctam helisabeth in dicta ecclesia fundata.
Inquoquidem festo a primis vesperis usque ad secundas fol. 48.
vesperas sunt concesse indulgentie. Reuerendorum dominorum
sancte romane ecclesie Cardinalium mille dies et
per clementem papam septimum vnum annum et

1611

quadraginta dies de vera Indulgentia perpe-
tuatura pro visitantibus et manus adiutrices porrigen-
tibus pro hedificijs et calicibus et ornamentis eiusdem
ecclie :-

Deo gras Amen

---



Guillermo. Tusculan Guillermus ostien Latinus Albanen
Alanus penestrin Epi Johannes tt sancti Laurentij in damaso.
Jacobus tt sancte Anastasie. Berardus tt Sancte Sabine
Bartholomeus tt Sancti clementis pbri. Et Rodericus
sancti Nicholai in Carrere tulliano diachonus Miseratione
diuina Sacrosancte Romane ecclie Cardinales. Uniuer
sis et singulis xpi fidelibus presentes litteras inspecturis pa-
riter et audituris. Salutem in dno sempiternam. Splen
dor paterne glorie qui sua ineffabili mundum illuminat
claritate pia vota fidelium de ipsius clementissima maies
tate sperantium tunc precipue benigno fauore pro-
sequitur cum deuota ipsorum humilitas fulcitur et prefer
tim illius gloriosissime virginis matre dei genitricis
Marie cuius xpus dei omnipotentis filius generis
reparator humani in et cu patre manens ubera virgi
nalia suxit etiam qz ipsius constantissimi martiris xpo
fori qui pro eiusdem xpi nomine varia aspera supplicia suf
ferre mortemqz subire non formidauit patrociniis pre
cibus et meritis adiuuentur. Cum itaqz sicut acce
pimus venerabilis et circumspectus Vir magne litterature
vir dns Sanctius Messia decretorum doctor ecclie Carta
ginen Canonicus Capellam sub inuocatione sancti
xpofori sitam in claustro dicte ecclie et quandam
crucem magnifice structam et depictam in via pu
blica que tendit de Murcia ad Benegen et quintal
carias Ac honorabilis et ingentis circumspectionis
vir dominus Didacus Roderici de Almella etiam

162